

illi accommodaverunt, eò fiant rabiosiores, et imprimis quod
vident plerumque juvenes, qui apud nos in schola ad spem Reipubl.
erudiuntur, vestros esse propensiores, ut spem conceperim, fore
ut pedetentim Pandora illa tanto applausu accepta evanescat.
Solum oro, ut servet aliquos, qui genu illi Baal: et Deo Mafim
non flectant. Vale et filium tuum felicem ex me saluta. Marburg
VIII. Septembrii anno LXXIII.

Inscriptio. T. T. Hermannus Vultejus Dr.
Reverendo viro, pietate et eruditione
verè prestantissimo Dño Ludovico
Lavathero, Theologo insigni, verbi divini
ad inclytum Tigurum Ministro, Dño et amico
suo colendo à Zürich.

1971

Davidi Wenglero Vitae Gravias Salutem.
Causaque ipsam exorsum multum reddidit, nullam esse aliam pato, quam
quod Arrianismi præter omnem culpam suam accusatus est ab homine
profano et impio, cui mirum est, Dños Senatores in tam diffideli re
fidem adhibere potuisse, præsertim cum antea levitatem ac facilitatem
eius maximam deprehendissent, dum perjurum eum experirentur. De
evasit tandem Dei beneficio ex gravissima lucta, quam cum suis adver-
sariis et malevolis per tenuis satis longum sustinuit. Cum n. jam Mosbach
accuratè et diligenter in eum inquireretur, nemo adfuit, qui eum ulli
erroris in doctrina Christiana accusasset, aut in vita et moribus ipsi
quicquam desiderasset. Aliquot vero, quibus ante annos pœcimum nobis
fuit, publicum ipsi testimonium pietatis, constantia, modestia et in
officio fœdeltatis dederunt. Itaque non juvico te, si qua ipsi humanitati
officia meâ causâ prestare voles, in hominem indignum ea colla-
turum sumus, fieri posset, ut ex his locis planè discederet, rem
michi gratissimam faceres. Hec omnia vel eo nomine abs te peto,
ut ipse intelligat, me non vana ipsi retulisse, si quando de mutuo
inter nos studio et amore, ipsi dixi, quod sapissimè dum hie sum, fa-
ctum est, ut propter me tua notitiam verissimè expetat. Facies
igitur, cum equum petam amici officium michi gratissimum. Postremo
velim ne graveris per occasionem factori meo Petro, item West-
bergero, qui me debiti, quo defuncto amico nostro, pia memoria
Danieli obstrictus sum, admonuit, indicare a quo animo ferant me-
ram in solvendo. Nam hæctenus nihil de stipendis accepit, neq. affir-
mare possum, quando, nisi exacto anno sim aliquid accepturus.
Ita enim

